

Si est negativa cum negatione postposita ly immediate siue de præterito, siue de futuro exponenda est eodem modo sicut affirmativa, ut hic, Immediate post hoc infans non erit pax ciuitati, sic exponitur: Post hoc infans non erit pax ciuitati, & nullum erit infans post hoc, quin inter illud & hoc non erit pax ciuitati, ergo immediate post hoc infans, non erit pax ciuitati.

De præterito exponenda est eodem modo, ut hic, Immediate ante hoc infans non fuit ætas, sic exponitur: Ante hoc infans non fuit ætas, & nullum fuit infans ante hoc, quin inter hoc & illud non fuerit ætas, ergo immediate ante hoc infans non fuit ætas.

Si est negativa negatione præposita ly immediate, non est exponenda, sed per suum oppositum probanda, ut hic, Non immediate post hoc infans tu eris doctus, sic probanda est. Hæc est falsa, immediate post hoc infans tu eris doctus, ergo ista est vera, & immediate post hoc infans tu eris doctus. Constat igitur tibi quomodo propositio de immediate sumpto adverbialiter tam affirmativa quam negativa exponenda est.

Conclusiones, quas termini tract. inserunt ex predicto modo probandi, vide in Paulo in tract. de probationibus terminorum.

*De necessariis & contingenti.* De hoc termino necessariis, & de suo opposito, scilicet de contingenti, pertractandum est, quo sit probanda sit propositio quam ingreditur. Tu igitur aducere, qd ut documentum in tracta tertio agentes de modalibus possumus sumi nominaliter & adverbialiter. Exemplum de primo, Deum esse est necessarium. Rosam esse est contingens. Exemplum de secundo. Contingenter celum mouetur. Contingenter homo currit. Hic non est considerandum de eis nisi adverbialiter, quoniam ut sic faciunt propositionem exponibilem. Si autem sumuntur nominaliter faciunt propositionem officiabilem, ut tibi declarabatur infra.

Item aduerte, quod adverbialiter sumpta aliquando constituant propositionem affirmativam, aliquando negativam. Sine negativa, duplicitur, quia aut per negationem sequentem, aut praecedentem.

Item aduerte, qd aliquando constituant propositionem in sensu compósito, vt quando totaliter præponuntur, ut necessariis Deus est, vel totaliter subsequuntur, ut homo currit contingenter, aliquando in sensu diuiso, vt quando mediante inter subiectum & verbum, ut homo necessariis est animal, vel mediante inter verbum & prædicatum, ut homo est contingenter currens.

Si fiat propositio affirmativa, tam de necessario quam de contingenti probanda est per duas exponentes, scilicet per primam praæiacentem & per secundam qualitates per oppositas, qd si prima est affirmativa, secunda est negativa, & secundum exigentiam verbi, puta si verbum principale propositionis exponenda est presentis temporis, vel præteriti vel futuri eodem modo se habeat in secunda exponente. V.g. de tempore praesenti, Necessariis celum mouetur, exponatur sic, celum mouetur, & non potest esse quin mouetur, ergo necessariis celum mouetur. De tempore præterito, Necessariis fuit diluvium, sic exponatur, Diluvium fuit, & non potuisse esse, quin diluvium fuerit: ergo necessariis diluvium fuit. De tempore futuro, Necessariis iudicium erit, exponatur sic iudicium erit: & non poterit esse quin iudicium erit, ergo necessariis iudicium erit.

Affirmativa de contingenti eodem modo exponitur. V.g. contingenter sortes currit, sic exponatur: Sortes currit, & potest esse qd non currit, ergo &c. Eodem modo exponitur ita de præterito, Contingenter Caesar fuit Imperator, & ita de futuro contingenter bellum erit. Si ita negariua cum negatione postposita sic exponatur. Verbi gratia, necessarii vacuum non est. Vacuum non est, & non potest esse quod vacuum sit, ergo &c. Si fiat de contingenti exponatur sic, Contingenter tu non curris: Tu non curris, & potest esse quod tu curras, siue tu potes currire, ergo &c. Eodem modo exponantur de præterito, & de futuro.

Si fiat negativa cum negatione præposita, non est exponenda, sed probanda, vel reprobanda per suum contradictionem. Verbi gratia, non necessarii sortes saluator, probatur sic, hæc est falsa, necessarii sortes saluator, ergo ista est vera, non necessarii sortes saluator, patet consequentia, quoniam cum sint contradictiones, oportet unam esse veram, & alteram falsam. De contingenti autem eodem modo probetur. Verbi gratia, Non contingenti celum

mouetur, sic probatur. Hæc est falsa, Contingenter celum mouetur, ergo ista est vera, non contingenter celum mouetur. Patet consequentia ex lege contradictionarum.

Si autem fiat propositio affirmativa vel negativa negatione praecedente vel sub sequente de necessario & contingenter, in sensu cōposito, probanda est, ut dictum est. Si vero fiat in sensu diuiso ut hic, Homo necessarii est animal, homo contingenter currit, probanda est secundum exigentiam termini praecedentis. V.g. Homo necessarii est animal, cum si indefinita resoluenda est hoc modo: Hoc necessarii est animal, & hoc est homo, ergo homo necessarii est animal, prima vero resoluenda, exponenda est hoc modo: Hoc est animal, & non potest esse quin sit animal, ergo hoc necessarii est animal. Eodem modo probanda est propositio de contingenter facta in sensu diuiso, ut homo contingenter sedet, resoluenda est hoc modo, Hoc contingenter sedet, & hoc est homo, ergo, &c. prima vero exponenda est hoc modo. Hoc sedet, & potest esse quod non sedeat, ergo hoc contingenter sedet. Constat igitur tibi quomodo propositio de necessario & de contingenti tam affirmativa quam negativa, tam in sensu compósito quam diuiso, probanda sit.

Conclusiones autem quæ ex his inferuntur, vide in Paullo, in tract. de prob. termini.

De hoc termino ab eterno est videndum, quomodo propositio quam ingreditur probanda sit. Tu igitur aduerte quod duplicitur sumi potest, scilicet nominaliter & est ablatus causus, & adverbialiter, & item est qd eternality, in eternum & perpetuo. Si nominaliter, propositio non est exponenda, sed resoluenda: est enim indefinita vel particularis, ut hic, Ab eterno mundus est creatus, sic resoluatur: Ab hoc mundus est creatus, & hoc est eternum, per ly hoc demonstrando Deum, ergo ab eterno mundus est creatus, si sumitur adverbialiter, est item quod eternality, & tunc aut propositio est affirmativa aut negativa, si affirmativa est exponenda ut hic, Ab eterno fuit Deus, sic exponitur: Ante aliquod tempus fuit Deus, & nullum fuit tempus, quin ante illud fuerit Deus, ergo, &c. De futuro sic exponitur: In eternum erit Deus, post aliquod tempus erit Deus, & nullum erit tempus, quin post illud erit Deus, ergo, &c. Si negativa aut negatio subsequitur, aut præcedit, si subsequitur, est hoc modo exponenda, In eternum celum non mouebitur. Aliquo tempore celum mouebitur, & est aliquod tempus, post quod non mouebitur, ergo &c. Si autem negatio præedit, non est exponenda, sed per suum contradictionem probanda, ut hic, Non in perpetuum Deus iraescetur: Hæc est falsa, in perpetuum Deus iraescetur, ergo hæc est vera, non in perpetuum Deus iraescetur. Patet consequentia per legem contradictionarum.

Constat igitur tibi quomodo probanda est propositio, in qua ingreditur hic terminus ab eterno, siue nominaliter siue adverbialiter sumatur, &c.

Conclusiones, quæ hinc inferuntur, vide in Paulo ubi supra.

De hoc termino semper videendum est quomodo probanda sit propositio, quam ingreditur. Tu igitur aduerte quod semper convertitur cum omni tempore, ut idem sit semper per esse, & omni tempore esse. Ly autem semper siue ly omni tempore duplicitur sumitur, scilicet absolute & respectuè absolute quidem, quando complectitur omnem temporis differentiationem, scilicet præteriti, praesenti, & futuri, sicut quando dicimus, Deus qui est, fuit, & erit, absque principio & fine. Respectuè autem sumitur, quando pro tota via differentia temporis veritatibus, ut quando dicimus ad mentem Aristot. Mundus semper fuit, Generatio semper erit, elementa semper permanent.

Si igitur fiat propositio de semper absolute sumpto, sic exponenda est: V.g. Deus semper est: Deus aliquo tempore est, & non est neque fuit, neque erit aliquod tempus, in quo Deus non sit, ergo Deus semper est.

Si fiat propositio de semper respectuè sumpto, aut est affirmativa, aut negativa: si affirmativa sic exponenda est, Semper fuit mundus, aliquo tempore fuit mundus, & non fuit aliquod tempus in quo non fuerit mundus, ergo semper fuit mundus. De futuro autem sic, Semper erit sol, vel semper sol lucet, vel semper beate videbunt Deum: Aliquo tempore erit sol, & non erit aliquod tempus in quo non erit sol, ergo semper erit sol, eodem modo exponit secundam & tertiam. Si negativa, aut negatio subseq.